

“[Memorial Histórico Español II, pp. 59-63]”  
p. 195-198

Gabriel Aguirre Ramírez

*Don Alfonso el Sabio. Las directrices de la política interior de su reinado.*

México

Universidad Nacional Autónoma de México  
Instituto de Historia

1955

240 p.

(Historia General 4)

[Sin ISBN]

Formato: PDF

Publicado en línea: 9 de abril de 2021

Disponible en:

[http://www.historicas.unam.mx/publicaciones/publicadigital/libros/030/Alfonso\\_elsabio.html](http://www.historicas.unam.mx/publicaciones/publicadigital/libros/030/Alfonso_elsabio.html)



INSTITUTO  
DE INVESTIGACIONES  
HISTÓRICAS

D. R. © 2020, Universidad Nacional Autónoma de México-Instituto de Investigaciones Históricas. Se autoriza la reproducción sin fines lucrativos, siempre y cuando no se mutile o altere; se debe citar la fuente completa y su dirección electrónica. De otra forma, se requiere permiso previo por escrito de la institución. Dirección: Circuito Mtro. Mario de la Cueva s/n, Ciudad Universitaria, Coyoacán, 04510. Ciudad de México



**P**ATEAT universis praesentis scripti tenore inspecturis, quod nos Frater Fernandus, permissione divina Burgensis episcopus et nos Joannes etiam Palentinus episcopus, coram venerabili fratre Munioni prior provinciali fratrum praedicatorum in Hispania, et fratre de Palella superiore fratrum praedicatorum palentinorum, et fratre Dominico priore fratrum praedicatorum legionensium, ac coram testibus infrascriptis, dicimus, quod cum nos vocati fuerimus ad curiam illustris Infantis Domini Sancii filii illustrissimi Domini Alfonsi, Dei Gratia Regis Castellae ac Legionis, et essemus una vobiscum die martis XI calendas madii anno Domini MCCLXXXII apud Valem oleti in quodam camera, in domibus quae cum variis quondam fuerunt Domino Gomerii de Monçon, ubi hospitabatur idem Dominus Sancii super quibusdam negotiis cum aliquibus aliis praelatis 'ac eum procuratoribus aliquarum ecclesiarum illustres viri Dominus Petrus et Dominus Joannes germani prefati illustrissimi Sancii, cum aliis baronibus et militibus subito et inesperto intraverunt ad nos et diverunt nobis ex parte Domini Sancii quod iremus cum eis ad palatium ubi erit idem Dominus Sancius cum aliquibus baronibus, militibus et civibus ad ferendum sententiam cum eis quod Dominus Rex de caetero non exercerat justitiam, nec teneret per se, aut per alium civitates, villas, castra et fortalitia, nec perciperet redditus et proventus regnorum Castellae et Legionis, et quod Dominus Sancius de caetero justitiam exercerat, redditus perciperit, civitates, villas et castra teneret, ac per suos faceret custodire. Nos tunc admiratione permoti respondimus eis quod illud factam erat arduissimum et indigebat magno consilio, maturitate ac deliberatione diligentissima nec de hoc sciverimus, et ideo quis que plenarie deliberaremus nihil de

tanto negotio facere poteramus eo quod talis sententia nobis videbatur injusta. Nihilominus praedicti Infantis cum aliis nobilibus ita importune et incesanter institerunt penes nos minas mortis inferendo, et verba aspera proferendo, quod nos mortis timore compulsi et attractivimus cum eis ad quoddam palatium in quo erat Dominus Sanccius, cum aliquibus baronibus et militibus, januis clausis et cum aliquibus praelatis, qui a nobis recesserunt. Et audivimus super praedictis articulis sententiam quam tulerunt cura ad hoc tunc minime congregata. Quo facto, apertiis ostiis palatium statim recessimus, nec interfuimus publicationi dictae sententiae, quae post modum in publico debet esse potest, nec ratam habuimus, nec habemus. Item, protestamur, quod facta. Quare protestatum quod dictam sententiam, si sententia dici si sigilla nostra in illa sententia apparuerint, quod ea inviti apponi faciemus timore personarum. Item, protestamur si forsitan contineatur in eadem sententia, quod eam tulimus cum praedictis infantibus, baronibus, militibus, ac civibus praedictorum regnorum, vel quod ipsi erant tulerunt cum nostro consilio et assensu quod eam non tulimus, nec de nostro consilio lata fuit, nam que subito vocati fuimus ad audiendum eam, et superius est praemissam. Item protestamur, quod si de caetero requisiti fuerimus, vel nobis aliquid iniungatur per praefatum dominum Sanccius et germanos suos, ac dominum Emmanuelem, vel per barones et milites, vel per quasquaque alias personas ecclesiasticas, vel seculares, vel per aliquos vel pro aliquibus ex eis super aliquibus rebus quae urgeant, vel urgere possint in praejudicium ecclesiae romanae, vel aliquarum ecclesiarum, seu superiorum nostrorum, vel ordinis, vel status nostri, ac omnium personarum ecclesiasticarum, religiosorum et secularium, vel in diminutionem, subiectionem ecclesiasticarum libertatum, privilegiorum ac iurum spiritualium et temporalium, et signanter si aliquid nobis iniungatur super confraternitate facienda cum eis quibusquaque rationibus, homagiis et iuramentis, ac super apponendis sigillis nostris in aliquibus lateris, vel scriniis quod a nobis per eos, vel aliquos ex eis, illicite exiguntur imo superius per violentiam extorquetus, et in posterum exigi et extorqueri timimus inviti facimus, factumque et etiam fatiamus, nec consentimus nec consentire intendimus sed metu mortis et amissione honorem temporalium aliarum vel aliquis



quod vel per quae consentire videamur, vel consentisse nobis, vel ecclesiasticis nostris, vel subitis nostris imputari nec debeat, seu in aliquo praeiudicium generari. Item protestamur quod si alipuoque cartae, vel instrumenta aliquorum episcoporum vel abbatum qui cum eis fuerunt et nobis cum praemissis adversantur appareant signata sigillis suis vel aliquo modo... ecclesiasticae libertatis et nostrae... fides debeat alhiberi. Item protestamur, quod multi abbates diociesensium nostrarum sine requisitione nostra fecerunt confraternitatum et coniurationem cum laicis in praeiudicium libertatum ecclesiasticarum contra iura et statuta Domini Sabinensis.

Item protestamur, quod si Infantes, barones, milites et cives vel praelati, vel aliqui ex eis dominum Alfonsum Regem privaverint de facto regnis et dominum Sanctum elegirent, nominaverint seu assumerint in regno vivente D. Alfonso, Rege nostro, patre suo, quod nos non consentimus dictae privationi, nec substitutione, nec eas ratas habemus, nec habebimus imo ex nunc ut ex tunc contradicimus et contradicemus loco et tempore opportunis.

Item, protestamur quod timore mortis non fuimus nec sumus ausi contradicere, nec ista publicae protestarii de hiis quidem protestationibus quas facimus ac dediis quae tunc videstis et audistis quoniam eramus simul in camera praedicta petimus et rogamus, quod datis nobis literas testimonialis nostrorum sigillorum munimine reboratas.

Ceterum quod nos praedicti priores presentis eramus cum praedictis dominis episcopis ac cum quibusdam aliis in Domino Sancti, quoniam eramus simul in camera praedicta petimus et rogamus, quod irent cum eis ad ferendam sententiam praedictam. Et quia vidimus, quod praefati episcopi proposuerunt coram eis quod non fuerunt requisiti super illa sententia ferenda a Domino Sanctio, nec ab eis, nec aliquo alio, nec aliquibus idem sciverant nec de eorum consilio aliquid actum fuerat super ea.

Item quoniam vidimus quod praeponere vocati fuerunt et minis attracti ad memorarem sententiam audiendam ad preces praedictorum dominorum episcoporum hic cartae has protestationis continenti,



sigila nostra duxemus apponenda actum est hoc apud Valemoleti in domum fratrum praedicatorum die martis XI Kal. Madi anno praedicto. — Nos etiam praedicti episcopi ad supradictorum omnium evidentiam plenioram huic cartae sigila nostris apponi facimus in testimonium rei gesta. Ego Fr. Michael de Palella, test. Ego Fr. Ferdinandus test. Ego Joannes Palentinus episcopus. Ego Fr. Munioni test. (Memorial Histórico Español II, pp. 59- 63).